IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift






oramus malorum. Si sustuleris ad celum oculos mox cali
ginem dns tetri ignis excutiet & eos quidem qui te ad incen
dium impulerunt concremabit. te autem in fornacis medio
constitutum respergetrore nebularum & sibilantis aure
spu estuantia tibi corda mulcebis. ita ut nec ad cogi
tationes. nec ad conscientiam tuam uis ignis accedat.
tantum ne quiescere segnior uelis & sponte uincaris. Nam
& munitissimas ciuitatum cum sepe omnia obsidentium
tela uicissent. omnia expugnationum genera uicissent.
unius tantum uel alterius ciuium interius commanentium oculta
proditio sine ullo repente certamine capi fecit. Et nunc
caue. neque insensibus tuis cogitatio proditionis tibi machi
nam moliatur. innumeris artibus licet temporis expugna
tione murorum utatur inimicus. incassum cuncta temptabit.
Multos namque ac magnos habes diuini muneris gratiam
uiros qui nobiscum dolent. qui te palestre oleo spirituali sepe
perfundunt. qui pro anime tue diebus ac noctibus salute for
midant. Habes sanctum valerium. ac deo dignum. florentium
quoque pro omnia eidem morum ornamento germanum. habes
phorphirium philosophiam xpi philosophantem aliosque
preterea plures numero & pares uita. Omnes hi inde
fessa casu fraterno lamentatione deplorant. etiam
sine dubio iugi precemeruissent assequi dudum quod
precabantur. si paulisper hostium temet ipsum laqueis exu
ere temptasses. Quomodo ergo non incongruum & reprehen
sione dignum uidetur. sicut alii ne nunc quidem de tua salute